

†
Hoc tempore Rodolphus rex Alamanie consanguinitatem
vnam dilatare conatur. Primo enim filio suo Alberto, qui
post eum fuit rex Alamanie, dedit filiam comitis de
Tyrol, cum quo postea expugnavit regem Boemie. Aliam
vero filiam dedit comiti palatino, qui est dux Bavariae,
aliam duci Saxoniae, aliam germano marchioni Branden-
burgensi, quantum Martello filio regis Karoli primoge-
nito, qui postea fuit rex Hungariae.

CXXXVIII.
Capitulum. De pontificatu Odouardi XXI,

cuus prima pars de moribus eius.

Johannes natione ^{flam.} ~~francus~~ episcopus Tuvulani, Petrus
ante vocatus, postea eligitur. Generalis doctor fuit et famo-
sus, maxime in medicina. Unde et experimenta scripsit
ad curam hominum, qui Theodorus pauperum vocatur.
Etiam ^{etiam} de problematibus iuxta formam libri
Aristotilis. Solum tamen discretus fuit, preceptis in vestro,
minus cautus in moribus. Ideo siccitatem florem et ponti-
ficalem dignitatem quadam stoliditate deformabat. Solitus
erat intrare oculos cameram novam, quam pro se Viterbi
circa palatium construxerat. Et cum hoc solito more
fecisset, respiciens se ipsum, resolvebatur in rivum,
quasi glorians de in se ipso, et hinc subito cameram cecidit,
et inter ligna et lapides collisus, ^{ita} de expiravit. Re-
ligiosis minus dilexit. Unde et, cum camera cecidit super
eum, contra eos quidam fulminare proposuerat. Hoc
laudabile habuit, quia, licet papyrum cum quo cuiusque lita x. f. 167!
terato, etiam pauperes, conversari non timebat eisque
libenter providebat. Constitutionem etiam de reclusionem
cardinalium ad primam firmitatem reduxit.

1) problematibus c.
ar. 15.

IIa pars. De discordia quorundam regum.

Misit legatos ad reges Francie et Castelle fratrem
Jeronimum generalem ~~ministram~~ Minorum, qui postea
fuit Nicholus quartus, et fratrem Johannem de Verellis
magistram Fratrum, ut eos concordarent. Domina
enim Blancha, mater sancti Ludovici, primogenita
fuit regis Castelle, quam rex Ladonicus, pater sancti Lodo-
vici, et Francie ducis, hoc pacto accepit, ut si rex Castelle
^{sine} legitimo moveretur herede, Domina Blancha tam-
quam primogenita succederet. Mortuus igitur reliquit
filium qui Henricus vocatur est. Quo ex perversione coniugum